AD SPECTATOREM ANTIQVITATIS
AVENTICÆ Metropoleos quondam
Heluetiæ, ut eſt apud Cornel.
Tacitum lib: 17. GLAREANI
Hexaſtichon.

Mœnia lata uide non quæ præſentat is orbis
Oppiduli, ſed quæ circulus exter habet.
Gentis Auentinæ cecidit ſuprema poteſtas,
Quæ caput Heluetiæ tempore priſca fuit
In Galbam nocuiſſe fidem, nocuiſſe tyrannum
Heu pudet, ut rueret gloria tanta uirûm

AD DIVVM FRIDOLINVM CLARO-
NENSIVM PATRONVM.
Hymniculus Sapphicus
H. Glar:

Diue Confeſsor Fridoline Chriſti
Glareanorum decus, & patrone,
Scotiæ princeps, placidum remotis
Sydus ab oris
Te Deus magni fabricator orbis
Dixerat uatem, miſeræque fortem
Gentis auctorem, pelagique flante
Turbine nautam
Tu maris freno cohibes furorem
Et domas terræ populique lites,
Cæſar Auguſtus mihi tu uideris
Fulmine ſacro
Hoſtis infeſto pauidus ſtupore
Mox tremit rauco moribundus ore
Signa uexilli dare terga cogunt
Illa ſacrata.
Quid diu longis memorare uerbis
Eſt opus, norunt magis hæc fideles
Seruuli, ſanctum quod ipſe lumen,
Esque maneſque

Ergo te